Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Cxxiiij. 144

et cecidit una die viginti
tria milia. Neq; tempte-
mus xpm sicut quidam tentauerunt:
et a serpentibus pereunt. Neq;
murmuraueritis sicut quidam
eorum murmuraueruntet perie-
runt ab exterminatore. Hec
autem omnia in figura contingebant
illis. Scripta sunt autem ad correp-
cionem nostram: in quos fines se-
culorum deuenerunt. Itaq; qui se
existimat stare: videat ne ca-
dat. Tentacio vos non appre-
hendat: nisi humana. Fidelis
autem deus est qui non patietur
vos tentari supra id quod potes-
tis: sed faciet cum tentacione
etiam prouentum ut possitis sus-
tinere. Gre. O me dns nr qm ad
mirabile est nomen tuum in vni-
uersa terra. ℣. Qm elevata est
magnificencia tua super celos. Al-
leluia. ℣. Attendite plebs meus
legem meam. Alla. Secm lucam.
In illo tempore. D.t.d.s. parabolam
hanc. Homo quidam erat diues qui
habebat villicum: et hic diffama-
tus est apud illum. quasi dissi-
passet bona ipius. Et voca-
uit illum et ait illi. Quid hoc
audio de te? Redde rationem
villicationis tue: iam enim non
poteris villicare. Ait autem vil-
licus intra se. Quid faciam qa
dns meus auferet a me villi-
cacionem. Fodere non valeo:
mendicare erubesco. Scio quid
faciam: ut cum amotus fuero
a villicacione recipiant me in
domos suas. Conuocatis itaq;
singulis debitoribus domini sui:
dicebat primo. Quantum debes
domino meo? At ille dixit. Centum
cados olei: dixitq; illi. Accipe
cauccionem tuam: et sedens cito scri-
be quinquaginta. Deinde alio
dixit. Tu vero quantum debes?
Qui ait. Centum choros tri-
tici. Ait illi. Accipe litteras
tuas: et scribe octoginta. Et
laudauit dns villicum iniqui-
tatis qa prudenter fecisset: qa
filii huius seculi prudentiores
filiis lucis in generacione
sua sunt. Et ego vobis dico:
Facite vobis amicos de mam
mona iniqtatis: ut cum defe-
cerit recipiant vos in eterna
tabernacula. Off. Alu
Justicie do-
mini. Secr. Concede nobis
qs dne hec digne frequentare
misteria qa quotiens hui-
hostie commemoratio celebrat
opus nre redempcionis exer-
cetur. Com. Querite primum
regnum dei et hec omnia adiacentur
vobis dicit dns. Ipl. Qui nos
dne communio sacramenti et
purificacione tribuat et con-
ferat vnitatem. Per. Fia cirta.